Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



·L·

peccauit. peccauit homo. Si quidem non quia homo erat.
ut uetitum presumeret impulsus est. sed propria uoluntate
quam non exegit natura. sed persona concepit. attractus est. In in
fantibus fit eo uerso. Nempe quod in illis non est iusticia. quam
debent habere. non hoc fecit eorum uoluntas personalis.
sicut in adam. sed naturalis egestas. quam ipsa natura accepit.
ab adam. In adam namque extra quem de illa nichil erat.
est nudata iusticia quam habebat. et eo semper nisi adui
ta caret. Hac ratione. quo natura subsistit in personis.
et persone non sunt sine natura. fac natura personas infan
tum peccatrices. Sic spoliauit persona naturam bono
iusticie in adam. et natura egens facta. omnes personas
quas ipsa de se procreat. eadem egestate peccatrices et in
iustas facit. Hoc modo transit peccatum ade personale in
omnes. quidem illo naturaliter propagantur. et est in illis origi
nale. siue naturale. xxiiii.

ORIGINALE uero denominatur ab origine. siue
quia trahitur ab origine humane nature. aut
ab origine hoc est ab initio unius cuiusque persone.
Verum patet magnam esse distantiam. inter pecca
tum ade. et peccatum eorum. quia peccauit ille propria
uoluntate. illi naturali necessitate. quam me
ruit propria et personalis illius uoluntas. Origina
le igitur peccatum est nuditas debite iusticie. fac
ta per inobedientiam ade. per quam omnes filii sunt ire.
quam et naturam accusat spontanea quam fecit in adam
desertio iusticie. nec personas excusat. recu
perandi impotentia. quam beatitudinis quoque comi
tatur nuditas. ut sicut sunt sine omni iusticia.
ita sint absque omni beatitudine. Nam et si in
adam illi remansit aliqua iusticia. ut in aliquibus